ff. de off. proconsul.
l. obseruare. ipsi.
C. de cautate. l. i.
de muniribus patrim.

tedeat prouinciam militantibus ex pro-
sis. Siquis autem ex his aliquid tale
committatur quidem loci seruatoris
[illegible] librarum auri pena exige-
tur restitutis omnibus dampnis que per
eum qui ab eo directus est aliquis per-
tulerit. quod si non fieri permiserit et proprio cin-
gulo et dignitate militia priuabit.
et x. librarum auri pena multabitur. Ad hoc
prohibemus et in prouintiis existentes
iudices ciuiles et militares in ciuita-
tibus aut castris loci seruatores in commis-
sis prouintiis facere quo iudex in pro-
uintiam accesserit et in quantum inde ad
mi ... v. librarum auri pena imminen-
te tam facienti loci seruatorem quam eidem qui si presumet. Attamen quod non in prouintiis ueniat
iudices damus eis licentiam uices agen-
tes suos instituere. qui omnia debeant usque ad
suum presentiam gerere que possint ipsi iu-
dices facere. extra tamen nouissimum supp-
litium aut membri incisionem. Siquis ex
iudicibus secundum iussionem nostram in aliam
regionem mittatur et liceat ei ipsum
lem modum loci seruatorem suum facere.
Iubemus autem omnes iudices tam mili-
tares quam ciuiles per se requirere eos qui latro-
cinia aut uiolentias aut rapinas uirorum
aut feminarum aut alia que uel habet in pro-
uintiis illicita committunt et supplicia
eis legitima inferre in probis causis
accipere aliquid consuetudinis nomine
ut omnes undique nostri collatores ille-
si fuerint. non enim permittimus ciuili-
bus maiori aut minori militantium iu-
dici aut latronum insecutores aut ui-
olentiarum inhibitores aut tribunos
pro talibus causis in prouintiis ordina-
re aut qui debeant aliquos examina-
re ut non per tales occasiones ampli-
ores uiolentie inferantur prouintialibus.
Siquis autem iudicum hoc non custodie-
rit cognoscat non solum commisso se
cingulo spoliandum. sed et x. librarum
auri penam exsoluere. eo quod presump-
sit talem causam assumere. post depo-
sitionem et confiscationem substantie in exilium re-
digendum et in exilium relegandum.
Ad hec iubemus prouintiarum iudices
et offitia eorum siquis de ciuitate ad

ciuitatem uenerit nec angariis ne-
que descriptionibus aut aliis expensis col-
latores aggrauare. sed de propriis
sibi de fisco annonis expensas facere.
Super hoc scimus prouintiarum iudices
omnibus modis post depositionem cinguli
quinquaginta dies in prouintiis commo-
rari et conuentiones aliquas contra se mouen-
tibus reddere. Si uero contingit aliquem
eorum ante completos quinquaginta dies
deserere prouintiam. Iubemus omnes
ab eo dampnum aliquod passos si-
mul ingredi ad sanctissimum metro-
poleos episcopum eiusdem prouintie et sub
gestis monumentorum unumquemque tan-
gentem sancta euangelia palam facere
illata dispendia et exilium subire con-
que talia facta sunt monumenta omne
dampnum lesis restitui prouidentia
a et periculo per tempus prefectorum et uicariorum
eiusdem prouintie. Scientibus quod si hoc
complere neglexerit ipse de propriis facul-
tatibus omnia dampna lesis restituere com-
pelletur. Siquis autem ex iudicibus
prouintiarum aut euocetur ad ali-
am administrationem. aut opus in
ad aliam prouintiam ei credatur: Iu-
bemus eum legitimo procuratore con-
stituto conuentionibus proponentibus pro
dampnis respondere. quod nisi fecerit sci-
mus monumenta apud sanctissimum episcopum
sicut supius dictum est agi et dampnis
illatis eis iurantibus secundum gestorum
uirtutem omne dampnum reddi
prouidentia simili et periculo per tempus pre-
fectorum uniuscuiusque prouintie
tractorum. Omnes autem pecuni-
arias penas que per presentem legem continetur
ita a comite per tempus priuatarum rerum
exigi eos qui presentem legem non
seruant et nostro fisco uendicari scimus
qui nisi eas uendicauerit ipse eum
administrante sibi scola ex propria
facultate huiusmodi quantitatem
soluere cogitur. Que igitur per presen-
tem legem salutari nostra in perpetu-
um pro utilitate uectigalium et statu
nostrorum collatorum disposuimus
tua gloria inuiolata et inmota per omnia
seruare festinet et ad omnium notitiam

.b. dispendia. facit quod in quam ta pecunia. et l. y. C. de cursu. tam
.i. compelletur. C. de bonis

cum non solum. C. de uto. q. sine autem.

.k. uendicari. ut. S. ut im

siquis uero. ac.

neccessitatem. et de ann. q. i.

[illegible] C. ut omnes. t[illegible]. el. q. [illegible] S. at. ut omni. quo quo. suf. q. y.

4

a De sanctissimis episcopis. l. de ... et clericos.
b reverentissimis. l. de ... et clericos usque ad ... unicuique(?).
c monachis.

...uorum fiat. et ecclesiis quidem in hac regia civitate sollempniter propositi(s), per ceteras autem provincias per clarissimos provinciarum iudices directis, ut per eos omnibus collatoribus manifesta fiant.

De sanctissimis et reverentissimis et Deo amabilibus episcopis et clericis et monachis. Collatio. xiij

Imperator Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo praefecto praetorio.

De gubernatione et privilegiis aliisque diversis capitulis ad sanctissimas ecclesias et venerabiles domos pertinentibus iam quedam disposuimus. Super sanctissimis autem episcopis et clericis et monachis diversum ab antiquis statutis disposita cum oporteret competenti correctione hec prebere, l. perspeximus.

Sancimus igitur cum opus fuerit episcopum ordinari, clericos et primates civitatis cuius futurus est episcopus ordinari mox in tribus personis decreta facere propositis sacrosanctis evangeliis periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis quia neque propter aliquam dationem aut propter aliquam promissionem aut propter amicitiam aut propter aliam quamlibet causam, sed scientes eos recte et catholice fidei et honeste vite et litteras nosse hos elegerunt, et quia neque uxorem neque filios aliquis eorum habuit neque concubinam aut filios naturales cognoscant eum habuisse, aut hic et si prius aliquis uxorem habuit eam et ipsam unam et primam, et neque viduam neque a viro divisam neque legibus aut sacris canonibus vel constitutionibus interdictam, sed neque curialem aut officialem hunc esse cognoscunt, aut si curialis vel officialis fuerit, sciunt eum in monasterio non minus quindecim annis monachicam conversationem implesse. Hoc quoque propter decretis offerri, quia non minus quam triginta etatis habet annos, et quia dignitati ab eis cognoscitur persona, ut ex tribus personis pro quibus talia decreta facta sunt melior ordinetur electione et periculo ordinantis.

Curialem vero vel officialem qui sicut dictum est xv annis in monasterio conversatus est et ad episcopatum provocatus liberum esse propria fortuna, ita tamen liberatus ut unam quartam partem substantie sue sibi retineat, reliquis bonis secundum nostram legem curie et fisco vendicandis.

Decrevimus ... decreta fiant cum ... rum propter ... ale di[illegible]gnum memoratis clericis et primatibus ... taverint hunc cum aliis duobus clericis aut monachis eligere ut sit ... eius hominis ... ordinandi ... periculo ... non minus tribus mensibus ... custodiat regulas et ... ministerium ecclesie electus episcopus ordinetur qui etiam ... habuit post ordinationem ...

Si vero contigerit in quibus locis non inveniantur tres persone ad talem electionem oportune, liceat decreta facientibus etiam in duabus vel in una persona decretum facere, eos omnis ... testimonia ... testes.

Si vero qui decernere debent episcopum eligere intra sex menses ipsa decreta non faciant, tunc periculo suo ille qui debet ordinare episcopum ordinet, servatis aliis que superius diximus observandis.

Si quis autem citra memoratam ordinationem episcopum ordinare presumpserit, iubemus hunc omnibus modis episcopatu depelli, et illum qui preter hec presumpsit ordinare segregari uno anno a sacro ministerio, et omnem eius substantiam que quolibet tempore aut modo in eius dominio deducta est propter culpam quam fecit domino ecclesie cuius episcopus videbatur.

Si quis autem ad ordinandum electum episcopum accusans aliquid in quibus eum que posita sunt secundum leges aut canones eius impedit ordinationem, differatur huiusmodi ordinatio et prius omnem propositam causam sive presentem accusatorem habeat propositam causam ... sive differentem per tres menses suam accusationem implere diligenter examinari ab illo a quo futurus erat episcopus ordinari; et si quidem obnoxium accusatori eum invenerit, prohibeatur ordinatio. Si vero obnoxius non inveniatur, ordinatio quidem non impediatur, accusator autem sive non probaverit ...

...rum an ... episcopus. fiet presbiter. ut. l. c. presbiterum. et no. quod tres ... eligere sufficit ... duos ... probabilis ... pio ... clericos ... que ... tibi.

Bologna 13-14 Cent